

instantia. § [47] Dei gratia imperator augustus dilecto episcopo gratiam habunde et omne bonum. § [48] Excellentissimo domino suo imperatori maiestatis suę etⁿ N. ecclesię servus incolomis vitę longitudinem cum victorię corona. § [49] Purissimę fidelitatis obsequium. § [50] Venerabili episcopo N. dei gratia id, quod est, in orationibus et obsequio quicquid vere fraternitatis non ociosa efficit dilectio. § [51] Dominis et fratribus suis, prelati et universę congregationi N. ecclesię, fructiferę arbori in agricultura dei, humillima^o congregatio cum orationum instantia debite caritatis obsequia in Christo devotissima. § [52] N. dei gratia rex N. venerando pontifici, suo videlicet dilecto nepoti, gratiam suam et debitum dilectionis donum. § [53] Dei gratia Romanorum imperator augustus omnibus episcopis, comitibus, capitaneis, civibus, castellanis totius Marchię, maioribus et minoribus, suis fidelibus gratiam et bonam voluntatem. § [54] N. dei gratia imperator augustus N. venerabili episcopo et dilecto compatri gratię suę optimam voluntatem. § [55] Desiderantissimo domino suo N. serenissimo Romanorum imperatori augusto N. dei gratia episcopus cum instantia orationum servile in omnibus obsequium. § [56] Reverentissime^p diligendo et dilectissime verendo domino archipresuli N. licet indignus episcopus quicquid devotionis et obsequii homini ab homine prestari potest impensius. § [57] Domino et patri venerando N. dignissimo archipresuli N. licet indignus suus suffraganeus orationum et obsequii perpetuam devotionem. § [58] Domino exoptatissimo et a deo patre preelecto et predestinato pastori N. prepositus, decanus cumque his totus Babenbergensis clerus impensissimas in Christo et perseverantissimas orationes. § [59] Reverentissimę^q sacrosanctę ecclesie episcopo N. decanus tam perpetuam quam debitam devotissimę orationis instantiam^r. § [60] Domino et patri^s illius^s ecclesię archipontifici N. dei gratia episcopus cum instantia precum fidele servicium. § [61] Dilectissimo^t confratri et coepiscopo N. suus in dilectione quicquid iocundius, in oratione et servicio quicquid devotius. § [62] Dei^u gratia Romanorum imperator augustus O. episcopo gratiam, dilectionem et omne bonum. § [63] Domino suo et vere domino^v devotissimo^v N. Romanorum imperatori augusto illius ecclesię humiles servi cum universis ministris ac civibus inibi manentibus quicquid fidelis oratio valet ac devota servitus.

n) über der Zeile nachgetragen Hs.

o) N. humillima CU

p) N. reveren-

tissime CU q) Reverentissimo CU r) vel con(stantiam) am Außenrand mit Verweiszeichen über in Hs.; constantiam CU

s) patri N. CU

t) N.

dilectissimo CU

u) N. dei CU

v) dilectissimo CU